# DE ETHODO ANTIPHLOGISTICA.

## DISSERTATIO
INAUGURALIS MEDICA,

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE GRATIOSI

RDINIS MEDICORUM

IN

IVERSITATE LITTERARIA BEROLINENSI,

UT SUMMI

MEDICINA ET CHIRURGIA HONORES

RITE SIBI CONCEDANTUR,

*IE XXV. M. SEPTEMBRIS A. MDCCCXXVI.*

H. L. Q. S.

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

**CAROLUS JULIUS BOEHR,**

BEROLINENSIS.

---

OPPONENTIBUS:

*G. R. SICK*, MED. ET CHIR. DR.,
*J. METZIG*, MED. ET CHIR. DD.,
*E. H. HARTUNG*, MED. ET CHIR. CAND.

---

BEROLINI,

LITERIS AUGUSTI PETSCHII.

VIRO

ILLUSTRISSIMO, EXCELLENTISSIMO,
EXPERIENTISSIMO,

# CHRISTOPHORO KNAPE

PHILOS. MED. ET CHIR. DOCTORI, AUGUSTISSIMI BORUSSORUM REGIS CONSILIIS INTIMIS, NEC NON A CONSILIIS RERUM MEDICINALIUM ET SANITATIS SUPREMIS, PROFESSORI P. O. IN UNIVERSITATE LITTERARIA BEROLINENSI ATQUE IN ACADEMIA MILITARI MEDICO-CHIRURGICA, ORDINIS AQUILAE RUBRAE EQUITI, NEC NON PLURIUM SOCIETATUM LITTERARIARUM SODALI ETC. ETC.

## PRAECEPTORI

AD CINERES USQUE COLENDO,

HASCE LITTERARUM PRIMITIAS

PIO ET GRATO ANIMO

D. D. D.

AUCTOR.

Methodum antiphlogisticam in auxilium vocamus, organismus viribus vitalibus abundat quia autem arum virium certa mensura cuiquam individuo on est, illa sese plane relativam praebet, quoad dividualitatem et indolem cujusquam. Interea men in hoc individuali modo plus et minus adse potest.

Si haec virium vitalium abundantia individualis ntius procreatur, indolem ad morbos hypersthecos profert, i. e. sanguis magna assimilandi facul te instructus plus materiae e nutrimentis assumit, a de re Plethora oritur.

Sin vero haec virium vitalium abundantia indidualis citius formatur, congestio activa, i. e. impes sanguinis ad aliquod organon accumulatione ium vitalium, porro febris inflammatoria et inn matio activa gignitur.

Omnibus his affectionibus objicimus methodum tiphlogisticam, qua de re hae ejus indicationes sunt.

His praemissis nobis considerandum est, quo odo hanc methodum exsequamur.

Organismum humanum secundum *A. F. Hecker* [1] hisce remediis debilitare possumus:

1) remediis emollientibus,
2) secretionibus movendis,
3) diaeta tenui, aquosa, parum nutriente et fame ips
4) calore naturali minuendo et frigore diutius ap plicato ipso,
5) assiduo humido calore,
6) vehementi, usque ad sudorem propagata motion
7) multum vigilando,
8) affectionibus animi deprimentibus,
9) attentissima meditatione et vehementissima an mi contentione,
10) nervi unius pressione,
11) nonnullis remediis sedativis.

Secundum *C. W. Hufeland* [2]) methodum ant phlogisticam duplici modo adhibere possumus:

1) directe, eripiendis conditionibus, vitae praecipu necessariis;
2) indirecte, hyperirritatione et inde orta viriu vitalium consumtione.

*Reil* [3]) hasce indicationes ad methodum ant phlogisticam persequendam proponit:

1) assimilationem minuere, abstinentia cibi, al

---

[1]) *A. F. Hecker*, therapia generalis, pag. 508.

[2]) *C. W. Hufeland*, Lehrbuch der allgemeinen Hei kunde, pag. 256.

[3]) *Reil*, Entwurf einer allgemeinen Therapie, p. 496

mentis insipidis et vegetabilibus, magna quantitate aquae bibenda;

2) evacuationes ipsas contentione excretionum et venaesectionibus producere;

3) majorem consumtionem corporis commovere, somnum minuendo, labore nervorum et musculorum;

4) omnia incitamenta, sint communia, sint specifica, quae vitam ad majorem actionem stimulant, removere.

Omnes autem auctores consentiunt, debilitatem seu minuendis, seu augendis incitamentis, itaque seu via directa seu indirecta, provocandam esse.

Remedia, quibus utimur, ad methodum antiphlogisticam via directa adhibendam, sunt:

I. Sanguinis missio, remedium primum et optimum, quod celerrime infractionem virium vitalium secum fert. Dijudicamus sanguinis missionem universalem et localem; illa plus minusve brevi tempore sanguinis copiam in corde et in majoribus vasibus contentam minuit, haec e contra exhaustioni minorum vasorum et telae cellulosae singularum partium et organorum magis inservit. Ultima multo minus debilitat, etiamsi magna sanguinis copia hoc modo detrahatur.

Sanguinis missionem universalem tum ex arteria, tum e vena incisa instituere possumus et arteriotomiam quidem in auxilium vocamus, ubi celerrime collapsus vasorum et syncope nobis provo-

candus est, itaque in inflammationibus cerebri atqu ejus involucri, in congestionibus ad caput acerbi simis et inde orta apoplexia sanguinea, mania fur bunda, affectionibus soporosis et amauroticis, opl thalmiis vehementibus et pertinacibus et in maxim cephaleae gradu. Nonnulli auctores, ex. c. *Hartman* Arteriotomiam minus laudant ob periculum ind nascens; sed tamen non plane rejicienda est.

*Hartmann* *) de hac re ita disserit: „Arteriot mia, quam nonnulli in arteria temporali instituer dam suadent, venaesectione periculosior, nec quoa effectum praestantior, in gravioribus capitis a fectionibus commendata, in quibus tamen vena jugularis sectioni vix aequiparanda erit. Instituit vulnere obliquo, lanceola inflicto. Haemorrhag sistitur compressione aut integram perscindend arteriam. Narrantur tamen exempla cicatricis p sternutationem fortiorem iterum disruptae."

Hoc parvum autem damnum, cujus *Hartma* mentionem facit, non adspiciendum mihi videtu ubi periculum in mora est, atque ubi vitam al sanguinis missione sustentare nobis non licet; mag enim jam momenti est, quod sanguis arterios exhauriatur.

Plurimis in morbis Phlebotomia nobis satisfac Plerumque aut colli, aut brachii, aut dorsi ped vena huic subjicitur operationi, Curandum tame

---

*) *Hartmann*, pharmacologia dynamica, tom. I. p. 17

t, ut ubique vena eligatur sat magna, ab arteria, ervo, tendine, osse remota.

Loca, in quibus vena secatur, sunt:

1) in brachio vena cephalica, basilica et mediana;
2) in manu vena cephalica et salvatella;
3) in pede vena saphena interna;
4) in collo vena jugularis externa.

Indicata est venaesectio:

1) in omnibus morbis, qui anomala sanguinis quantitate et nimia ejus consistentia procreantur, itaque in plethora vera, apoplexia sanguinea, febre inflammatoria;
2) in omnibus morbis, qui diminutione incitamenti sanguinis tolluntur, ergo in inflammationibus localibus capitis, pectoris et abdominis;
3) in accumulationibus et stagnationibus sanguinis singulis in partibus et organis, congestionibus ad caput, pectus, abdomen, Haemoptysi, Haematemesi, fluxu haemorrhoïdali et menstruorum suppresso;
4) vehementissimis in doloribus, qui sanguinis stagnatione provocantur et celeriore fluidorum circuitu tollendi sunt, ergo in tussi convulsiva, maximo asthmatis spasmodici gradu.
5) ut magna imbecillitas et syncope sequatur.

Interdicta est venaesectio in omnibus morbis, quibus remedia antiphlogistica et evacuantia potius nocentes adaugent, itaque in nervorum debilitate, in dyscrasiis, suppurationibus malignis et magna

in organorum laxitate, porro et in ultimo inflan
mationis stadio, ubi sanguinis missione vis orga
affecti ita debilitari potest, ut in bonam dijudic
tionem non abeat.

Quem sanguinis missio in aegrum et morbu
exserit, effectus, a tempore, quo illa instituitur,
sanguinis effluentis quantitate et impetu, deinde
vasis vulnerati et vulneris magnitudine, denique
applicationis loco dependet. Major scilicet est ev
cuationis sanguinis effectus, quae fit sub primo mor
initio, major est, si quantitas sanguinis sat lar
una vice, ex vase majore, vulnere amplo cum ir
petu erumpit, quam si eadem sanguinis quantit
ex vena minore aut vulnere angusto emulget
Quantitas sanguinis, singula vice emittendi, et rep
titionis frequentia definitur morbi natura, grad
organi affecti dignitate, aegri et epidemiae cons
tutione, nec non remedii ipsius effectu.

Effectus sanguinis missionum universalium
sunt: *)

1) debilitant et minuunt vim et actionem cor
et vasorum majorum, nempe vim musculare
illius et tonum horum, quod e minuta freque
tia et vi pulsuum et e lentiore sanguinis c
cuitu animadvertendum est;
2) debilitant tonum et potestatem musculorum
generatim fibrae irritabilis;

*) *Sundelin*, Handbuch der speziellen Heilmittelleh
tom. I. pag. 26.

3) minuunt sensibilitatem et agendi facultatem systematis nervorum auferunt;
4) denique effectum debilitantem et nocentem in totam reproductionem et assimilationem ostendunt.

Sanguinis missionem localem triplici modo in-
tuere nobis licet: per applicationem hirudinum, r scarificationem et per cucurbitularum applica-
nem cum incisione. Hirudines multo leniorem ectum ostendunt, quam scarificatio et cucurbitu-
, itaque in omnibus casibus iis praeferendae erunt, quibus majorem incitationem non adspicimus. *lsi* tempore hirudinum usus nondum notus fuisse etur, in hujus enim libro non nisi cucurbitula-
m mentio fit. *Themison ab Laodicea* verisimillime mus fuit, qui haecce animalcula contra cepha-
m ad tempora applicabat.

Favent sanguinis missioni locali illae condi-
nes:

) aetas infantilis, qua loco venaesectionis in usum trahitur hirudo, dentitio difficilis, tussis convulsiva, angina membranacea, pneumonitis, apoplexia, scarlatina, febris morbillosa;
2) cujusvis generis inflammationes, ad vasa minora, in quae phlebotomia effectum evidens habere non potest, deplenda; affectiones inflammatoriae capitis, cerebri, oculorum, aurium, colli, peritonaei, articulorum, ligamentorum, periostei, aponeurosium, tendinum, tum etiam

metastaticae, imprimis podagricae inflammationes, simul ac sympathicae et chronicae;

3) stagnationes fluidorum cujusvis generis tollendae, itaque congestiones et extravasationes sanguinis, quae contusiones et diruptiones sequuntur;

4) sanguinis fluxus suppressus, imprimis haemorrhoïdum et menstruorum, ut loco consueto revocetur;

5) indurationes omnes, ad resorptionem augendam;

6) incitatio anomala sensibilis et reproductivi systematis, ergo cancer occultus et apertus, ulcera dolorifica, turbatio systematis vasorum.

Repugnant hirudinum et cucurbitularum applicationi:

1) conditiones, sub quibus sanguinis missiones omnes ad potentias nocentes numerandae sunt, e. c. morbus scorbuticus et typhus putridus;

2) incitatio et plethora universalis, imprimis inflammationes oculorum, pectoris et abdominis, priusquam venaesectio antecessit.

II. Remedia omnia, quae evacuationem fluidorum serosorum producunt, qualia sunt purgantia, emetica, diaphoretica, diuretica, epispastica. Hic interea non omnia remedia evacuantia locum aptum inveniunt, sed tantum frigida et inter purgantia imprimis salia media, quae praeter effectum evacuantem hac peculiari vi praedita sunt, quod potestatem

cohaerentiam ipsam fibrarum muscularium, prae-
ue systematis vasorum debilitant et simul corpus
do chemico refrigerant.

*Hartmann* *) „antiphlogistica," ait, „dicuntur pur-
ntia, quae stimulo magis negativo intestinorum
cuationem vel et alvi fluxum efficientia, tantum
unt, ut irritationem super reliquum vasorum sy-
na diffundant, ut potius excedentem in hoc ac-
nem vitalem et aestum temperent." Salia media
onem ventriculi et intestinorum excitant, qua de
magnam derivationem a parte affecta efficiunt
sanguini lympham plasticam detrahunt. Prae-
a etiam parva horum remediorum pars resorbe-
et ita ad massam sanguinis perducta lymphae
nationem coërcet. Hinc, ubicunque orgasmus,
gestio activa, inflammatio, aut metuendae et de-
ndae, aut praesentes abigendae sunt, salutaria
bent remedia. Attamen, quamvis ob suam ad
orum systema rationem characteri inflammato-
optime conveniant, ipsi loco inflammato appli-
, stimulum exserunt justo fortiorem, quare in
cium, ventriculi, intestinorum et viarum urina-
n inflammationibus malum potius augent quam
gant.

Efficacissimum omnium hujus classis remedio-
certe Nitrum habendum est, maxime debi-
te vi praeditum, dum et vim vitalem atque
nem systematis vasorum deprimit, et orgas-

*) *Hartmann*, pharmacologia dynamica, tom. I. p. 196.

mum sanguinis auctum minuit et de hoc nisum formativum detrahit. Praeterea renum secretionem movet et majori dosi adhibitum vehementissimis torminibus alvum ducit.

Salia caetera, e. c. Sal amarum, Sal polychrestum, Sal mirabile etc., similis ac nitri sed mitioris sunt efficientiae. Purgantia praestantissima praebent, quae mite agentia, plenum tamen exserunt effectum, minus debilitantia et relaxantia, quam nitrum. Dosi refracta virtutem solventem, sanguinis motum per venas abdominales expedientem ostendunt.

Longe alia autem ratione Hydrargyrum muriaticum mite effectum suum exserit; ad medicamenta enim pertinet, quae ratione mitiori agentia, magnos tamen effectus producunt; nam absque irritatione magna materiae organicae cohaesionem potenter imminuit et specificam illam vegetationis methamorphosin sat cito provocat, a reliquis Hydrargyri praeparatis in eo diversum, quod alvi fluxum et salivationem facilius excitat. Systematis lymphatici resorbendi functionem adauget, quo fit, ut lympha, sub inflammatione exsudata, resorbeatur, ad massam humorum reducatur; porro etiam major sub hujus medicaminis usu humorum copia ad vasa lymphatica affluit, quibus omnibus Mercurius derivandae inflammationi mederi valet. Praeterea vero secretiones et evacuationes excitando augendoque corpus infirmum reddit, sanguinis reproductionem prohibet et tali ratione detrimentum efficit. Eximiam illius virtutem experientia

nfirmavit in inflammationibus, fracto jam hy-ersthenico morbi impetu per venaesectionem et ia remedia opportuna: in ophthalmia, angina lyposa, hepatitide, pneumonia, aliisque in mor-s, in quibus vasorum resorbentium actio inci-nda et humorum per vasa motus expedien-is est.

Emeticorum vi non solum ventriculi et inte-norum contenta cujusvis generis evacuantur, sed secretiones, stagnantium motus, resorptio, pro-essus per vasa expediuntur, sensorii et musculo-m operationes exorbitantes compescuntur, actio-m harmonia restituitur. Itaque iis utimur in nibus inflammationibus biliosis pleurae, pulmo-m, cerebri ispius, oculorum post sanguinis mis-nem tum universalem, tum localem, porro in ginis, inprimis membranacea ad expectoratio-m movendam, in omnibus morbis catarrhalibus rheumaticis, ut diaphoresis inde procreetur, in sipelate faciei saepissime ex causa gastrica pro-ente, generatim in omni morbo, in quo mate-qnaecunque nocens e ventriculo et intestino odeno via brevissima ejicienda est, uti indigesta orum moles, corpora peregrina, venena, humo-ventriculi et intestini, succus gastricus, pancre-cus, bilis, mucus corrupti.

Vomitus multis excitatur remediis, ventricu-irritatione fortiori idiopathica, seu sympathica, essentibus. Existunt tamen medicamenta quae-n contractionem praeprimis provocantia, qui-

bus vomitus certo, cito, tutoque cieri et pro arbitrio dirigi potest et haec prae omnibus Tartarus emeticus et Radix Ipecacuanhae sunt, quae omnibus paene in morbis sufficiunt. Tartarus emeticus reliquis emeticis excellit eo, quod aegrorum gustum non offendens, dosi exigua, ad grana tria aut quatuor, cito agat tutoque, quod alvum simul exserat, et, quamvis sanguinis per venas refluxum expediat, cordis tamen arteriarumque actionem non incendat. Attamen diarrhoeae excitandae nimis favens, morbi vim nonnunquam intendit, usu longius protracto digestionis officinam magnopere debilitat, et inde universam infringit energiam vitalem. Ipecacuanha quoad effectum a tartaro stibiato in eo differt, quod alvi fluxui minus faveat, cor vero et arterias magis stimulet. Alvum moderate solvit, hinc inde tamen in dispositis et diarrhoeam facit. Itaque haec radix praeprimis in usum trahitur, quando vomitus sollicitatio absque uberiore alvi fluxu postulatur.

Diaphoreticorum duplex ordo est: alter nihil nisi transspirationem, i. e. excretionem cutis perpetuam sub vaporis forma, alter autem sudorem, i. e. materiam per cutem excernendam ea quantitate, ut in liquidum densius redacta large per cutem fluat, profert. Sudor et totum corpus et imprimis cutem maxime debilitat, cum semper humores sani simul excernantur. Transspiratio cutanea omnibus in morbis maximi momenti est, praecipue autem in iis, qui ex suppressa cutis functione originem

nem ducunt, itaque in omnibus inflammationibus eumaticis et catarrhalibus. Diaphoretica calida frigida esse possunt, hic autem frigidorum tanm mentionem facimus, quae in capillaria cutis sa congestionem, seu activam, seu passivam, efiunt, calorem autem et sanguinis expansionem n augent. Hinc calor externus, sub aëris calecti, potus et balnei calidi forma adhibitus priım omnium diaphoreticum est, cujus subsidio et iqua hujus ordinis remedia vix non semper ingent. Pertinent autem huc Antimonialia, Tarta- stibiatus dosi refracta, Vinum Antimonii, Anaonium diaphoreticum, Sal amoniacum, flores ıbuci, Spiritus Mindereri, quamvis hic in mor- inflammatoriis jam nimis calefaciat.

Diuretica rarius ad minuendum vegetationis essum adhibentur, sed ibi tantum, ubi secretio psa suppressa per alteram vicariam supplenda vel et altera excedens per antagonisticum alus augmentum restringenda. Diuretica aeque diaphoretica in calida et frigida dijudicantur; idis adnumeranda sunt potus aquosus, gas carnicum, potus fermentantes, inprimis cerevisia, a carbonica, pulvis aërophorus, aquae minera- salinae, natron carbonicum, nitrum, cremor ari, acidum tartaricum, succus recens expressus iepedum, herba Petroselini, Digitalis.

Epispastica illa remedia vocantur, quae, cuti licata, non tantum irritationem, i. e. ruborem, orem et intumescentiam, sed etiam excretionem

fluidorum serosorum producunt. Ad haec remedia spectant, quae novo morbo provocando agunt, quae partes externas, praecipue cutem, cui applicantur, adeo excitant, ut humoribus turgeant, quibus et humorum copia et virium actio a parte inflammata derivantur. Si haec remedia multum in morbis inflammatoriis valent, praecipue in vulgo „asthenici" appellatis et in iis, qui jam diutius perduraverunt. His remediis attrahentibus adnumeranda sunt Sinapismi, cortex Mezerei, Vesicantia, Setacea, Fonticula, Moxa et ferrum candens.

Sinapismi sunt remedia derivantia et attrahentia, ut per antagonismum actio vitalis et humorum copia ab altero organo ad alterum perducatur. Favent horum applicationi:

1) omnes morbi cum locali nimis exaltata actione conjuncti, omnes affectiones locales inflammatoriae, spasmodicae et rheumaticae;
2) omnes morbi, ex nimia humorum turgescentia ad partes internas oriuntes, Apoplexiae, Haemorrhagiae activae, inflammationes, metastases, arthritis, exanthemata acuta, erysipelas et metastases rheumaticae;
3) morbi cum nimis parva ad cutem turgescentia, itaque exanthemata retrograda.

Repugnant epispasticis:

1) diathesis inflammatoria universalis, ubi venaesectiones locum aptum inveniunt;
2) maxime exaltata sensibilitas;
3) proclivitas corporis ad colliquationem, typhus putridus et sphacelus.

Cortex Mezerei eundem effectum, ac Sinapis-
mus, praeterea autem secretionem vicariam prae-
bet, per quam corpori humores albi detrahuntur;
itaque in auxilium vocatur in omnibus morbis, in
quibus praeter irritationem horum etiam humo-
rum excretio postulatur, inde in phthisi pulmonum
incipiente, hydrothorace, morbis capitis chronicis,
ophthalmiis et odontalgiis rheumaticis.

Vesicantia minus irritationem, quam humorum
excretionem, provocant. Maximum remedium prae-
bent cuti externae applicata in omni morbo, ubi
aut ipsius cutis, aut totius vasorum systematis re-
actio vitalis sollicitanda, aut excedens in parte sin-
gulari actio morbosa, irritatione antagonistica com-
pescenda, aut secretio nova vicaria excitanda est.

Hunc in finem adhibentur:

1) in typho, quando aut torpidam cutis et vaso-
rum actionem resuscitare, aut impetum morbi
potiorem ab organo quodam nobili, cerebro,
pulmonibus etc. derivare studemus;
2) in inflammationibus, si fracta febris inflam-
matoriae vi, aut hac in indolem adynamicam
nitente, affectio localis stimulo antagonistico
moderari potest;
3) in morbis exanthematicis, si exanthematis eru-
ptio et evolutio debilitate retinentur, aut idem
jam formatum ante tempus statutum de cute
iterum disparet, turbas in organis internis
graviores excitans;
4) in morbis rheumaticis et arthriticis, si cum

debilitate incedunt, aut affectio a partibus externis ad internas convertitur;

5) ad arcendas sanguinis in organa interna congestiones et levanda, quae inde oriuntur, mala, ad minuendas aut supplendas secretiones morbosas, exulcerationes. Hinc in haemorrhagiis, in malis, ex impetigine justo citius sanata, metastasibus, phthisi ab ulcere interno multa saepe praestant;

6) ad excitandam resorptionem tumoribus frigidis imponuntur;

7) denique in paralysi et spasmo variarum corporis partium salutarem saepe effectum exserunt.

Fonticula et Setacea omnibus locis adhibemus, ubi morbum vicarium producere volumus:

1) ad derivationem in inflammationibus chronicis oculorum, pectoris, articulorum;

2) ad attractionem in exanthematibus retrogradis, male tractata scabie et inde ortis morbis.

Ad epispastica efficacissima Cauteria actualia, inprimis Moxa et ferrum candens numeranda sunt, quae maxime in inflammationibus ossium et periostei valent.

III. Frigus in forma aëris et aquae adhibitum permultum sane valet in morbis inflammatoriis et vere magnum antiphlogisticum habendum. Sunt autem, qui opponere velint, ex frigore inflammationem oriri, idemque excitando agere; at frigus

er se inflammationem non efficit, sed tantum pro-
ucit eam, quatenus debilitando partes disponat,
t ab applicato caloris stimulo magis afficiantur.
rigus receptivitatem alicujus partis ita adauget, ut
alorem eo citius intensiusque percipiat. Ita etiam
ieumatismus, catarrhus, perniones, angina, pneu-
ionia, gastritis etc. non ex ipso frigore, stimuli
iodo agente, originem ducunt, ut vulgo aestimatur,
d quod caloris receptivitas eo augeatur. Frigus
ro, subito et per brevius tempus applicatum, vim
hementer excitantem habere videtur. Quod non
plicandum, nisi meminisse velis, calorem esse
aximum vitae stimulum, frigore vero hunc sti-
ulum detrahi, receptivitatem inde accumulari, nisi
muli defectus ultra tempus protrahatur. Frigus
ro subito et per breve tempus adhibitum recepti-
atem caloris adauget, eam accumulando, ita ut
lor modicus, qui ante frigoris usum nullam inci-
ionem effecisset, jam tanquam major stimulus
at. Frigus vero, si diutius agit, receptivitatem
haurit. In genere modicum frigus et diutius ap-
icatum minuit irritabilitatem, stimulum, quem
lor exserit, demit, fibramque contrahit. Calor
ntra incitat et expandit. Frigus et calor vice
rsa applicata vehementer excitant et in corporibus
axime robustis energiam manifeste adaugent; fri-
s autem diutius applicatum astheniam necessario
gignit, cum plane deficiente incitatione vires
taurari nequeant, igitur decrescant. Unde patet
gore irritabilitatem, quae, ut omnis vis, si conser-

vari debet, exerceatur opus est, minui, frigus igitur antiphlogisticum esse, ejusque in morbis inflammatoriis usum et extrinsecus et intrinsecus multum valere. In Encephalitide maximo cum auxilio capiti fomentationes frigidae applicantur, sed non conducunt nisi sanguis ante missus sit. In Encephalitide sthenica continue, in asthenica vero per intervallum imponi debent *). Frigus etiam naphtha, capiti instillata, quae calorem exsorbit, producitur. In stadio soporoso febris typhosae transfusiones frigidae maxime perficiunt, quibus homines fere jam mortui mox in vitam et sanitatem revocantur. Multum valet frigus in inflammationibus cutaneis, exiguis aut incipientibus; quas modo discutit, sanguinem repellendo, incitationem supprimendo, praecipue, si pars affecta vel per se laxior, vel per inflammationis causam relaxata est. At non tantum extrinsecus, sed etiam intrinsecus frigus adhibendum est; potuum enim frigidorum usus in morbis inflammatoriis sat notus est, quam ut eum ulterius dilucidem; et magis adhuc perficerent, si frigus in intestinis retinerent. Praeterea etiam omnis potus aquosus qualitatem incitantem sanguinis omniumque fluidorum diluendo minuit, calorem supprimit, fibramque relaxat. Exinde patet, frigus inflammationi praecipue oppositum esse, nec unquam eam per se producere. Materiae organicae

*) *C. W. Hufeland*, Praktisches Handbuch der Heilkunde der Fieber und Entzündungen, pag. 100. Not.

num adauget, illius chemicae transmutationi ob-
at, ideo processus chemico-vitalis sanguinisque
etamorphosis eo minuitur. In omnibus inflam-
ationibus frigus sane conduceret, si modo diutius,
ntinue et apto tempore partibus internis inflam-
atis applicari posset, quin postea iterum caloris
citamentum in eas ageret. Ubi vero apte adhi-
ri potest, ibi egregia est frigoris efficientia, nam-
e non solum erethismum vasorum eorumque
ceptivitatem minuit, sed etiam stimulum sanguinis
pellit, congestionesque prohibet. Mox insequuntur
loris remissio, dolorum levamen, delirii modera-
en, lenis transspiratio, durities evanescens, pulsuum
imis retardatio.

In inflammationibus partium profunde sitarum
gus externum nocet, cum sanguinem magis ad
ernas partes depellat; nonnunquam etiam calidiori
rti affectae heterogeneum, aut inflammatio jam
eo progressa est, aut frigus non sat continue ad-
beri potest, ita ut calor semper denuo excitando
at. Tum moderate et minore gradu hoc reme-
o uti velis.

Calor quidem frigori oppositum videtur, cum
citando agat, sed nonnunquam ad instar frigo-
minoris agit, si nempe affecta pars valde in-
n-mata tensaque est et vehementer calet, inflam-
atio etiam jam diutius perduravit aut in glandulis
ratur. Si tum temporis nimius frigoris gradus
hiberetur, omnis ardor eo non plane supprime-
tur, et calor vicinae et profundius sitae parti pro-

pius inflammatam adeo irritaret, ac si alternatim fomentationes frigidae et calidae adhibitae essent, quas vero multum irritare experti sumus. Qua ratione calor moderatus nonnunquam magis proficit, quam frigus, et tum nihil est, nisi mitissimum antiphlogisticum.

IV. Abstinentia, seu tamen diminutio ciborum, eorumque indolis irritantis.

*Celsus* *) „abstinentiae," ait, „duo genera sunt, alterum, ubi nihil assumit aeger, alterum, ubi non nisi quod oportet. Initia morborum primum famem sitimque desiderant, ipsi deinde morbi moderationem, ut neque aliud, quam expedit, neque ejus ipsius nimium sumatur; neque enim convenit, juxta inediam protinus satietatem esse."

Nulla res magis adjuvat laborantem, quam tempestiva abstinentia, victus vegetabilis, parcus, qui vel totum organismum debilitando, vel nutritionem minuendo agit. Sub usu nutrientium vegetabilium in morbis non nutriens solum, sed et stimulans simul vis computanda venit, ad quam utramque respiciens medicus in morbis, in quibus et incitationis et reproductionis excessus simul adest, non alios concedet cibos vegetabiles, nisi qui cum nutrimento parcissimo minimum quoque stimulum applicant. Herbae, vi nutriente non magna instructae, in fermentationem acidam facile ruunt,

*) *Celsus*, lib. II. cap. XVI.

ylum tenuem praebent, oxygenio abundantem, o substantias phlogisticas, in primis viis et hepate primunt, sanguinem parce restituunt, materiae isticae elaborationem potius retinentes. Radices lces vi nutriente herbas multum superant, quin nen organismo materiam concedant ad gradus iores plasticam, aut ipsum processum vitalem tius excitent. Exhibent igitur cibum adhuc lerem, quo reactio vitalis nimia et nisus plasticus cedens potius moderantur, principii phlogistici in teria organica vis compescitur, et, quae forsan sunt, acria obtunduntur. Qui acido vegetabili odam abundant, fructus, organismi animalis nuionem aegre sustentant et medicamenta potius egia praestant, quae processus vitalis excessum, tum et sitim febrilem moderant.

V. Acida vegetabilia et mineralia diluta in usam proximam inflammationis directe quoque unt, minuendo calorem et vasorum receptivitatem, ntrahendo vasa expansa et prohibendo sanguinis ngestiones et exsudationes.

Acida, praeprimis vegetabilia, per digestionis gana ingesta, processum vitalem, in vasorum synate vigentem, materiae plasticae et caloris siıl evolutionem manifeste retinent, coaguli autem s atum fluidum reductionem adjuvant.

Acida mineralia, multa aqua diluta, corporis stum, expansionem nimiam, vasorum irritabilitan morbosam temperant, materiae simul organi-

cae cohaesionem moderate augent et organorum contractionem sollicitant. Itaque actionem praeprimis salutarem exserunt in morbis, in quibus cum alacriori vasorum sanguiferorum reactione, aestu, orgasmo, congestione, reactionis debilitas, materiae organicae imminuta cohaesio, nisus in liquationem adsunt.

VI. Remedia oleosa et mucilaginosa, Emulsiones omnes, quae fibram relaxant, earum actionem debilitant et incitamenta et reactionem minuunt. Ex indole sua, organismo animali minus heterogenea et omni processui dynamico magis resistente, fit, ut haec remedia partibus vivis stimulum minimum applicent, sensibilitatem potius et nimium actionis vitalis fervorem compescant, texturae simul organicae cohaesionem minuentia, unde vim sibi vindicant lenientem, acria involventem, lubricantem et emollientem.

Medicamenta igitur magnae virtutis exhibent:

1) in omni morbo, in quibus incitatio vel e statu processus vitalis hypersthenico, vel ex sensibilitatis et irritabilitatis exaltatione morbosa excedit, uti in inflammatione, dolore ab epidermidis aut muci defectu, spasmo, tenesmo, stranguria, tussi et affectionibus similibus;
2) in omni casu, ubi acre quoddam obvolvendum et sensibiles organismi partes contra illud muniendae sunt, e. g. in casu assumti veneni acris, inflammantis, caustici;

) ubi materiae durae in organismi cavis haerentes emolliendae, hinc in alvi obstructione pertinaci a stercore exsiccato et indurato;
) in omni casu, ubi textura organica nimis sicca, stricta, rigida, humectanda, lubricanda, relaxanda, emollienda est, uti in colica saturnina, hernia intercepta, ileo, indurationibus, contracturis, articulorum rigiditate etc.

VII. Diminutio et defectus incitamentorum ani- sensuum et motus, itaque tranquillitas et animi orporis.

Quamvis remedia antiphlogistica plurimis in- mationibus curandis sufficiant, sunt tamen con- nes, sub quibus directa antiphlogistica methodus conveniat. Inflammatio enim nonnunquam na debilitate aut aliis morbis, praecipue gastri- et nervosis, qui illam vel sustinent, vel augent, plicata est; aut jam diutius perduravit, quin ea hodus morbo jam mederi valeret, aut metasche- ismo, aut metastasi in alium morbum abiit ab medicinae genere abhorrentem; aut constitutio poris vel annua usum antiphlogisticorum non untur; aut morbus adeo exiguus est, ut mitiora edia sufficiant; aut ejus causa remota jam per- st Remedia antiphlogistica sola interdum non unt et aliis sustentanda sunt. Quae si ita sunt, aliis in causam proximam indirecte agentibus dum est.

Indirecte vero in inflammationem agimus hy-

perirritatione et inde orta vis vitalis consumtione, quae triplici modo perfici potest.

I. Corporis exercitatione et labore usque ad lassitudinem et sudorem propagato. Hic interea minus convenit aegris, quam hominibus diathesi inflammatoria instructis, cujus jam *Celsus* *) mentionem facit dicens: „exercitatio tantum robustioribus convenire potest, qui tamen sine febre, vel initio morbi, vel etiam non gravibus morbis tenentur. Cavendum tamen est, ne quid horum vel in febre vel in cruditate tentetur."

II. Novo morbo producendo seu derivatione, seu attractione. Remedia derivantia efficacissima in inflammationibus habentur. Ad haec praecipue pertinent salia media et epispastica, de quorum usu autem jam antea locutus sum, quare locum de evacuationibus agentem evolvere velis.

III. Usu remediorum irritantium leniorum, maximeque volatilium, quae consumtionem virium celerem efficiunt, sint universe, sint locale adhibita. Sic calor et cataplasmata irritantia residuum inflammationis tollunt, sic in auxilium vocamus cataplasmata acria in inflammationibus glandularum, inprimis inguinalium, quae nullo alio remedio cessant, sic denique camphora, senega et opium diathesin inflammatoriam universalem depellere possunt, residuum irritabilitatis celeriter comedentes.

---

*) *Celsus*, lib. II. cap. XVII.

# CURRICULUM VITAE

EX DECRETO

ATIOSI MEDICORUM ORDINIS BEROLINENSIS

ADJECTUM.

Carolus Julius Boehr pridie Calendas Septem-a MDCCCIV Berolini natus sum, patre medicinae ore Georgio Henrico Boehr, aulae medico, jam natura morte mihi erepto, matre carissima adhuc te.

Primis litterarum elementis instructus gymnasium m joachimicum petivi, ibique per annos sex litteris am navavi. Ex hoc autem, anno MDCCCXXIII, testimonio maturitatis No. II. dimissus, almam ersitatem Berolini florentem adii, atque a rectore ifico Cel. de Raumer numero civium academico-adscriptus sum. Ibi per triennium hisce interfui ectionibus: de Zoologia Cel. Lichtenstein, de clopaedia medica, Anatomia, tum sana, tum patho-a et comparata, nec non de Physiologia Illustr. Ru-hi, de Osteologia, Splanchnologia et Syndesmologia r. Knape, de Botanice, Historia naturali, Pharma-ia et Toxicologia Illustr. Link, de Chemia Cel. cherlich, de Physice Cel. Erman. Artem cada-

vera rite dissecandi me docuerunt Illustr. KNAPE et Illustr. RUDOLPHI. De Physiologia generali Cel. HORKEL disserentem audivi, de Pathologia et Therapia generali Cel. HECKER, de Pathologia et Therapia speciali, de morbis syphiliticis, nec non de morbis mentis Illustr. HORN. Artem, formulas medicas concinnandi me docuit Illustr. KNAPE, Semioticen et Therapiam generalem Perillustr. HUFELAND, Fascias imponendi artem et Ophthalmiatricen Cel. JUENGKEN. De materia medica atque de aquis Germaniae mineralibus Cel. OSANN disserentem audivi, de Chirurgia, tum generali, tum speciali, et de morbis syphiliticis Illustr. RUST, de ossibus fractis et luxatis nec non de arte obstetricia Cel. KLUGE. Cursum operationum chirurgicarum Illustr. RUST et Cel. KLUGE me docuerunt.

Jam vero tentamine et examine rigoroso rite superatis, conscripta defensaque hac dissertatione, spero fore, ut summi in medicina et chirurgia honores in me deferantur.

## THESES DEFENDENDAE.

*I.*

*enas resorbere contendo.*

*II.*

*eurysma verum non existit.*

*III.*

*nedia antiphlogistica, sanguinis missione excepta, irritationi vim suam debent.*